

167

Basiliss Y.

Munerata sive Propositiones...

R.M.L. II. 195.

A.R. Medina. M. y. Holl
Leyton (w. Mexican
Museum. Leyton

THEMATA
SIVE
PROPOSITI=
ones pro defensio=



de Innovationis, cō=

~~SENTENTIA~~ IAM PROHIBITIONEM
ET DECRETVM ROMANI PRAE-
lulis quo via veritatis doctrinæ
cœlestis præcluditur.

Basilică
Disputanda in Transilvania, ad concessionē
ILL VSTRISSIMI PRINCIPIS.

III. ESDRAE III.
Forte vinum. Fortior est Rex. Fortiores
sunt mulieres, super cuncta autem,
vincit VERITAS.

CLAVDIOPOLI.



1884

ILLVSTRSSI=.
MO PRINCIPI AC DOMINO D.
SIGISMVNDO BATHORIO, MAXIMAE
spei & florenti adolescenti, VAIVODAE
TRANSYLVANIAE AC SICU-
lorum perpetuò Comiti etc.
Dominio suo clementissimo.

A DEO omnipotenti, patre D. nostri IESU
CHRISTI, & per eum nostro, felicem Regni
gubernationem, & vitam salutarem atque
longevitatem, Cels. V. toto pectore precatur.



LLVSTRISSIME PRINCEPS, Domine natura
clementissime. Haud dubito C. V. sep̄ legisse in
sacris Biblijs, & a pijs admonitoribus audiisse,
Deum excelsum Reges & Principes ideo consti-
tuisse in tanto fastigio rerum ad gubernandos po-
pulos, ut sint defensores publicae pacis, ac iusticiam omnibus subdis-
tis administrent citra respectum personarum. Cum autem nos Pasto-
res Ecclesiarū, qui abiectis humanis traditionibus vnum esse DEVUM,
conditorem coeli & terræ, eundemque patrem omnipotentem, cum
scriptura sacra et symbolo Apostolico confitemur, vnum etiam Iesum
Christum Dei filium, conceptum spiritu sancto & virtute Altissimi,
natumque ex virgine Maria, & vnum eorundem spiritum sanctum.
Cum, inquam, hæc sit simplicissima nostra confessio, ad regulam vera-
bi DEI accommodata, attamen aggrauemur falso Arrianorum nomi-
ne, prohibiti sumus hucusque sub imperio incliti Regis Poloniæ, atq;
etiam Illustrissimi Principis, & patris C. V. ab impressione nostros.

A 2.

1810

Sunt a fac

rum scriptorum, data interim potestate aduersarijs nostris & Dei
veri, hoc ipsum prestandi. Quod sane palam est, ex impressione
thesum à Iesuitis Claudiopoli disputatarum, & altiarum quoq; ma-
tieriarum. Ita ex preiudicio humano, nobis lex iustitiae adempta est.
Nam ego per scriptum responderam ad theses eorum, alijs quoq; illa-
ipsum mecum fecerant, cum in consistorio nostro decretum esset, non
debere quenq; nostrum cum illis disputare in loco priuato, sed in pu-
blico, & coram Regnicolis in frequentissimo conuentu. Cum maxi-
mo igitur animi dolore ac gemitibus assiduis, taciturnitatem tot an-
norum pertulimus, quandoquidem non licebat nobis per typogra-
phiam testari innocentiam nostram, & pure atq; sancte nostra con-
fessionis, & bone conscientiae coram mundo reddere rationem. Ne
vero deinceps hoc ipsum accidat, sub placidissimo & equissimo tuo
Imperio, spe tenemur maxima, & omnino obsecramus atq; obtestas-
mur per suam æternam salutem, ac felix diuturnumq; imperium C.
V. quod à Deo accepit ad illustrandam nominis sui gloriam. Amen.

Nunc vero ego primus inter ceteros cooperarios nostri ordi-
nis prodeo in lucem, non fiducia ingenij, sed veritatis caussa, quam
defendere suscepi, neque vlla ambitione motus, sed diuino excitatus
spiritu, ad obturandum os calumniatoribus et obtrectatoribus nostris.
Decuit etiam me primum omnium in hanc certaminis arenam (quaq;
senem iam, & vigore ingenij atq; virium corporis penè destitutum)
prodire, partim hac de causa quod ceteris synergis meis propemo-
dum omnibus grandior sim, annis circiter duobus & triginta in
Ecclesiastica functione Deo & Christo militans, partim vero quod
sepe priuata scripta ad Iesuitas misi, quibus eos ad respondendum
inuitauit in patria vrbe Colosvar, sed mihi nunquam responderunt.
Hoc testari potest, si superuiuit Ludouicus Oreschalcus, tunc pater
seu Rector eorum, à quo ore tenus quoque in ambitu claustrum eius
vrbis responsonem ad mea scripta efflagitaui, sed abnegauit. Acces-
sit ultima caussa quod pridiē Dominicæ veræ & non adulterinæ
Palmarum (quam nos ab initio inconcussè obseruamus, & quoad vi-
uemus obseruabimus) exhibitæ sunt mihi literæ quædam falsariae siue
supposititiæ cum chartis deformissimas ineptias et iocos continentibus
quibus mea impeditur persona, ob somnium minime fictum. In illis

nota

notris & Dei
ex impressione
arum quoq; ma-
tia adempta est.
n, alij quoq; id-
retum esset, non
ato, sed in pu-
u. Cum maxi-
nitatem tot an-
per typogra-
te nostra con-
rationem. Ne
equissimo tuo
atq; obtestas
imperium C.
oriam. Amen.
s nostri ordi-
causse, quam
no excitatus
ribus nostris.
nam (quāq
destitutum)
propemo-
triginta in
verò quod
ondendum
onderunt.
nc pater
ustri eius
Acces-
alterine
oad vi-
rie siue
entibus
In illis
notis

nota criminis Innovationis atq; seditionis mihi obijcitur ob eius inter-
pretationem, quasi nouum sit & non usitatissimum in sacris literis
interpretari somnia diuinitus reuelata. Cum autem fabula istius por-
tentosae autorem vel Jesuitam vel Jesuiticum aliquem esse autinem
oportuit me publico scripto abolere crimen illud Innovationis falso
mibi obiectum, ne in nassum dolosi piscatoris inciderem.

Supplico itaq; C. V. tanquam Principi & domino nostro
clementissimo, ut benignis oculis respiciat, & me & mea moderna,
aut futura, si superuiuam Dei beneficio, scripta, quibus nihil aliud
molior, quam ut puritas & simplicitas verbi DEI & lux doctrinæ
cœlestis illustret corda hominum, DEVsq; unus, ille pater cuncto-
rum glorificetur cum filio suo unigenito, homine Iesu Christo, ad
dexteram & aequalitatem potentiae Dei patris exaltato, subiectis ipsis
omnibus potestatibus cœlestibus, terrestribus, & infernis, ac iudicio
omnis carnis accepto, ut sicut honoratur pater, honoretur & filius
Iesus Christus, dicente ipsomet Ioa.5. Quibus sit laus, gloria &
gratiarum actio per infinita secula seculorum. Amen.

Vale Princeps & domine gratiosissime, &
DEV C. V. gubernet, foueat & tu-
eatur ab omni malo. Iterum

AMEN.

CLAVDIOPOLI. Anno Iesu Christi
Salvatoris nostri, M. D. LXXXVII.
Mense Aprili.

Humilis ac fidelis
subditus C. V.

Stephanus Basilius
Claudiopolitanus,
servus DEI & Iesu
Christi.



Lectori

PIO ET CANDIDO SALVS ET GAVDI-
um in Domino et servatore nostro Iesu Christo.



ROVocauit me ad hoc certamen nescio quis ille, qui
opposuit sub fucato nomine spurcissimam impuræ mœ-
tis fabulam somnio meo non fucato, de exclusione
Iesuitarum ex Transylvania, aut saltem ab urbe CO-
losvar. In hac fabula non solum meum honestum apud bonos & sen-
atos vires nomen contaminauit, sed videtur ab blandiri Illustrissimo
Principi, domino nostro clementissimo & Regnolis, ac quasi ar-
mare eos in me, mentione Innouationis & seditionis Anabaptistica
in Germania. Sed quid effecit ille criminator & illusor mei scripti-
bona fide publicati? Id quod in prouebio dici solet, turdus sibi ma-
lum cacat. Nam Scribis ex Pharisæis tempore Iesu Christi id ipsum
sepius accidebat, ut dum ipsi vellent illaqueare, confundere Do. Iesum
nodosis atq; insidiosis questionibus, se se confunderent, & iuxta san-
ctissimi Regis dictum, inciderent in foueam quam alij foderant. Vo-
luit turpis ille & iocularis scriptor patrocinari Iesuitis, & me pes-
sundare obiectione criminis Innouationis ac seditionis, sed tantum ab-
suit ut me ab instituto deterreret, ut etiam zelo pio excitaret ad de-
fensionem Christianæ Innouationis. Dauid ille Rex ardentissimis pre-
cibus Deum orabat, ut cor mundum in se crearet, ex spiritu novo atq;
spontaneo donaret atq; fulciret cor suum. Cur verò nos abominamur
nouitatem doctrine purioris, et innouationem spiritus nostri à Deo?
Quamobrem nemo mihi iure succensere poterit in hac causa, quod
Innouationem sanam & iustum propugnandam suscepit. Nec ledere
conatus sum Illustrissimum Principem dominum nostrum naturalem
& pientissimum, aut spectabilem & Magnificum Do. Gubernatorem
Regni, vel ceteros Proceres & Nobiles ista mea opera, vel conatu,
sed spem firmam concepi eandem libertatem mihi concedi ab Illustris-
simo

obi-
sive
legi

le-
ges
alia.
utru

recte
Apol

GAVDI
Christo.

uis ille, qui
impura mēa
exclusione
b vrbe CO-
nos & sen-
illustriſimo
ac quasi atra
ab aptisticā
mei scripti-
bus sibi ma-
isti idipsum
Do. Iesum
iuxta san-
rant. Vo-
& me pef-
antum ab-
iret ad de-
Simis pres-
nouo atq;
ominamur
ri à Deo ?
usa, quod
decledere
aturalem
vernatorē
l conatu,
Illustris-
fime

SIMO Principe Domino nostro clementissimo, qua hactenus vſi ſunt
contra nos Iefuitæ, prouocantes ad diſputandum, excusis per Typo-
graphiam Propositionibus. Hac ſpe fretus emiſi diſputanda thema-
ta, ſed ad arbitrium Iuſtrissimi Principis, & Magnifici Domini
Gubernatoris, atque Procerum Regni, quos DEVS regat ſuo
ſpiritu. AMEN. CLaudiopolis, Mense Aprili. Anno à parte
ſalute. M. D. XXCVII.

STEPHANUS BASILIUS CLAUDIO-
POLITANUS.

THEMATA AD PROPVGNANDAM INNOVATIO- NEM CHRISTIANAM PROPOSITA.

I.


Quemadmodum vocabulum INNOVATIO-
nis latīnum eſt, non barbarum, uſitatum, non
obſoletum: Ita res quoq; ſiue prophanae aut civiles,
ſive ſacræ aut ſpirituales, quæ illo exprimuntur, ſunt
legitimæ, & uſitatae, ac repræhensione minimè dignæ.

II.

Sic dicimus de rebus civilibus, innovare agros,
leges, ædificia, templa, statuta, imperia, & id genus
alia. Nam huic vocabulo affine eſt aliud, REnovare,
uixiq; descendēs à verbo ſimplici, Novo, novas &c.

III.

De rebus autem ſpiritualibus ſeu divinis, itidem
ecce dicimus, Innovare doctrinam Propheticam &
Apostolicam, ſigna ſacramētalia, à Deo per Christum
inſtituta



8 43.
ferio
J. G.
Instituta & mandata, mores corruptos, leges Ecclesiasticas.

IV.

Vt omnes homines naturaliter delectantur novitatibus, easque avidè appetunt, iuxta illud Plinius: Natura humana novitatis avida: Ita Deus autor naturæ nova semper facit, respectu providentiaz, de qua Christus aiebat Ioan. 5. Pater meus usque modo operatur & ego operor. Nam per revolutionem annorum, ac vices temporum, novas herbas & germina nova in arboribus ex terra producit, ex quibus dat semina nova, & fructus novos: Itidem per novas generationes animantium, conservat species eorum.

V.

Haud secus operatur Deus in Imperiorum ac gentium mutationibus atque constitutionibus iuxta suum beneplacitum, aut ut acta hominum merentur. Hinc illud Danielis cap. 2. Qui mutat tempora & vices temporum, qui deponit & creat reges, qui confert sapientibus sapientiam &c. Item Solomonis: Regnum de gente in gentem transfertur, propter iniurias & dolos & fraudes,

VI.

Quinimo idem Deus populū suum in captivitatem propter idolomaniam & alia scelera abducendum, consolabatur de eliberatione ac eductione ex ea, his dulcissimis sermonibus per allegoriam dictis Esa. 43. 65. 66. Ne memineritis priorum & antiquae intueamini: Ecce ego facio nova, & nunc orientur, utique cognoscetis ea. Item, Ecce ego creo cœlos novos et terrā novā, & non erunt in memoria priorū.

VII.

lectantur no-
illud Plinij :
eus autor na-
entiae, de qua
modo ope-
onem anno-
& germina-
tibus dat se-
r. novas ge-
corum.

eriorum ac
s iuxta suū
ntur. Hinc
ra & vices
ui confert
onis : Re-
pter iniu-

captivis
bducen-
tione ex
m dicitis
antiqua
c orien-
o cœlos
priora.
VII.

VII.

Apostoli quoçp Iesu Christi transtulerunt verba Prophetæ Esaiæ & cæterorum, de ista corporali libera elitarum liberatione, ad regnum Christi spirituale in mundo exoriendum, & ineffabile gaudium populi Noui Testamenti, Demum ad statum etiam futuri seculi, vt legere est 1. Cor 1. 2. Pet: 3. Apoc: 21.

9

Gratianus f. 97.
in Dant. p. 10.
G. b. modif. 10. 11. or 12.
1 Cor 1. N. 26.
Dab. p. 10.
Nova Tr. 1. 1.
Apoc 21. x.
Alphini ag.
Gra. & Ambro. b.

VIII.

Quid ? Quod Deus etiā ad pœnitentiam, siue conuercionem, ac vitæ prauæ mutationem, hortatur populum suum per Ieremiam à similitudine nouationis agrorum, qui proscinduntur singulis annis aratro, ad nouam sementem faciendam, siue vinearum ex nouellis vitibus consitarum, quæ nouelleta dicuntur. Verba prophetæ hæc sunt cap. 4. Innouate vobis noualia, siue nouate vobis nouelleta, & ne seminate in spinas.

IX.

Paulus Apostolus alludens ad verba prophetarum de noua Dei creatione, itidem hortabatur credentes ad nouitatem vitæ instituendam, dulci appellatione nouæ creaturæ, sic scribens 2. Cor: 5. Proinde si quis est in Christo, noua creatura est, vetera præterierunt, ecce noua facta sunt omnia. Et Gal: 5. Nam in Christo Iesu neçp circumcisio quicquam vallet, neçp præputium, sed noua creatura.

X.

Quod si iuxta sententiam & decretum synagogæ Romanæ, ea sunt tantum iusta, sancta, & bona, quæ à patribus eorum antiquis tradita sunt, cur Pe-

b

rus



trus adhortabatur Iudeos qui fide Christo accesserant, ut patrum suorum traditiones auersarentur, à quibus eos Deus redemerat precioso sanguine filij sui, tanquam agni immaculati & incontaminati Christi. 1. Pet: 1.

XI.

Quam pulchra verò est similitudo illa Paulina, sumta à vestimentorum mutatione, qua Ephesianos credentes excitabat, hortando ad Sanctimoniam vitæ: Eius verba integre adscribam ex cap. 4. Vos, inquit, non sic didicistis Christum, siquidem illum audistis, & in eo docti fuistis, quemadmodum est veritas in Iesu, deponere iuxta priorem conuersationem, veterem hominem, qui corruptitur iuxta concupiscentias erroris, renouari vero spiritu mentis vestræ, & induere nouum hominem, qui iuxta Deum conditus est, per iusticiam & sanctitatem veritatis.

XII.

bonacib.
Ex his luce meridiana clarus fit, non omnia vetera esse bona & amplectenda, sed noua illis meliora, & magis quam illa usurpanda. Solent enim hypocritæ, & superstitionis doctores abuti nomine vetustatis, ad decipiendum simplices & incautos homines, referendo id non ad antiquitatem illam prophetarum, Christi, & Apostolorum: sed ad suos, ut vocant, Patres, Episcopos, & monachos rigidos, qui præscriptionibus, regulis, & traditionibus priuatiss, quisq; pro arbitratu suo, vtebantur. Hos vocat Paulus operarios malos & dolosos qui suo ventri servunt per humilitatem & superstitionem angelorum, iuxta præcepta & doctrinas hominū Phil. 1. Col. 2.

Imo

Christo accessere
uersarentur, à
sanguine filij
taminati Chri-

illa Paulina;
ta Ephesianos
timoniam vi-
cap. 4. Vos,
uidem illum
admodum est
conuersatio-
ur iuxta con-
u mentis ve-
iuxta Deum
a veritatis.

n omnia ve-
a illis meli-
olent enim
nomine ve-
utros homi-
am prophe-
uos, vt vo-
gidos, qui
us priuatis,
ocat Pau-
ntri serui-
ngelorum,
Col...
Imo

Imō per blandiloquentiam & assentationem deci-
piunt corda simplicium. Rom: vlt.

XIII.

Christus Dominus Scribas & Phariseos sui se-
culi, conferebat vtribus veteribus, ac doctrinam E-
uangelij vino nouo, traditiones item illorum vesti
veteri, & suam institutionem panno rudi seu recenti.
Matth: 9. docens esse ineptos ad recipiendum Euan-
gelium illos, qui imbuti sunt, & veluti cōsenuerunt,
in traditionibus humanis. Vnde liquet etiam ex
hac comparatione, nouum veteri præferri, & nouum
vinum nouo vtri, rudemq; pannum rudi competere,
hoc est, recipienda nouæ doctrinæ illos esse aptos,
qui animum nouum, repurgatumq; à fecibus huma-
narum traditionum adferunt ad veritatis cognitio-
nem.

XIV.

Organum illud selectum Iesu Christi, Paulus
Apostolus, mores corruptos gentium veteri fermen-
to confert, sanctimoniam vero vitæ, nouæ consper-
sioni, seu massæ farinaceæ, & illud abiungi iubet, hanc
vero retineri. Sic enim scribit Corinhijs 1. Cor: 5.
Non est bona gloriatio vestra. An nescitis quod
paululum fermenti totam conspersione fermentat,
Expurgate itaq; vetus fermentum, vt sitis noua con-
spersio sicut estis azymi, seu fermentati.

XV.

Fermenti similitudine etiam Christus usus est
pro hypocrisi. Nam Matthæus verba ipsius sic re-
fert cap. 16. Videte & cauete à fermento Phariseo-
rum



tum & Sadducæorum. Marcus addit, & Herodis, Lucas verò cap. 12. Primum cauete à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Cum autem omnes sectatores Pontificiæ superstitionis, sint hypocrisi dediti & involuti, præcepto Christi adigimus ut fermentum, hoc est inquisitionem ab illorum traditionibus & præceptis, atq; etiam moribus, caueamus & auersemur.

XVI.

Tale fermentum & hoc est, quod plenis buccis clamitant ad populum, & ad Reges atq; principes, nihil esse innouandum in doctrina Ecclesiæ, sed audiendos esse Patres, concilia, Romanam Ecclesiam. Metuunt enim ne fiat repurgatio falsæ doctrinæ ab erroribus, per traditiones humanas in populum Dei introductis. Ait enim Apostolus Eph: 5. Nam quæ secreto fiunt ab istis turpe est vel dicere: Sed omnia dum produntur à luce, manifesta fiunt. Nam quidquid manifestum redditur, lumen est.

F I N I S.

Desiderij Erasmi Roterodami lepida illusio
Pontificiorum, qui nouitatis odio laborant,
titulo, Apotheosis Capnionis,

Personæ loquentes.

POMPILIVS & BRASSICANVS,

Pomp.

13

POMP. Vnde nobis petasatus? BRASS. ē TUBINGA. Pomp. Nihil ne isthic rei noue? Brass. Evidem demiror usq; adeo mortales omnes teneri siti quadam rerum nouarum. At ego Louanij camelum quendam audiui concionantem, fugiendum esse quidquid esset nouum. Pomp. Vocem Camelο dignam. Dignus erat homo, si tamen homo fuit, qui nunquam mutet veteres calceos, aut putre subligar, semper vescatur putribus ovis, nec aliud bibat quam vapam. Brass. At idem, ne sis nescius, non usq; adeo delectatur rebus veteribus, vt malit ius pridianum, quam recens. Pomp. Sed omisso camelο, dic quid aduersi noui? Brass. adfero quidem, sed vt ille aiebat, malum. Pomp. Atqui isthuc ipsum olim erit vetus. Ita fieri necesse est, vt si omnia vetera sint bona, omnia noua mala, quæcunq; nunc noua sunt, fuerint alias mala, & quæ nunc sunt mala, sint olim futura bona. Brass. Ita videtur iuxta decretum cameli. Imò consequitur, vt qui olim adolescens fuit malus fatuus, quia recens: idem nunc sit bonus fatuus, quia senuit.

Expecto annuentiam Illustrissimi
Principis, Domini clementissimi.

Scripta & propugnanda à Steph. Basilio
Anno 1537.

Innouationes Papisticæ, obseruatæ & annotataæ
ab Erasmo Roterodamo, in colloquijs familiariibus, titulo Conuiuū Religiosum.

Si vulgus Christianorum spectes, nonne prora & puppis vite illis in ceremonijs est? In baptismo quanta religione representantur priisci ritus Ecclesie? Commoratur infans extra fores b iij templi

14
templi, peragitur Exorcismus, peragitur Cathechismus, suscipiuntur vota, abiuratur Satanas, cum pompis & voluptatibus suis: tandem vngitur, consignatur, salitur, tingitur, datur negocium susceptoribus, ut puerum curent instituendum. Illi dato nuno redimunt libertatem, & iam puer Christianus dicitur, & est alia quomodo. Mox vngitur denuo, tandem discit confiteri, sumit eucaristiam, consuescit quiescere diebus festis, audire sacram ieiunare nonnunquam, abstinere à cibis. Dicit uxorem, accedit aliud Sacramentum. Initiatur sacris, hoc est, fit Monachus vel sacerdos rursus vngitur & consecratur vestis, dicuntur preces.

Sequitur paulopost.

Si quidem magna pars hominum dum his fudit, nihilo secius interim per fas nefasq; congerit opes, seruit ira, seruit libidine, seruit liuori, seruit ambitioni, sic tandem uenitur ad mortem. Hic rursus ceremonie parate. Adhibetur confessio semel atq; iterum, additur unctione, datur Eucharistia, adsumt cerei sacri, adest crux, adest aqua sacra, adhibentur indulgentiae, exprimitur, aut etiam illic emitur diploma Pontificis, ordinantur parentalia (hoc est, exequiae vel sacrificia pro mortuis) magnifice celebranda, fit rursus stipulatio solennis, adest qui clamet ad aures morientis, imò nonnunquam occidit ante tempus, si contingat, ut sepe fit, uocalior aut bene potus. En habes, Christiane lector, Christianismum Papisticum, penè ad unguem, & uelut in tabella depictum, atq; demonstratum.

Admonitio pia Stephani Basiliij.

Possem infinita talia noua, Apostolis Christi Domini & primitiue atq; puriori Ecclesie prorsus ignota, recensere ex diversis Scriptoribus nostri temporis, que obseruarunt & legerunt doctissimi quiq; viri, quibus sordent omnes Pontificum tradiciones, præ puritate & simplicitate verbi Dei. Sed quia breuitati modis omnibus studui, supersedi collectioni eorum. Si quis autem delectatur lectione talium Nouitatum, is querat & inspiciat hæc loca.

Erasmi

ius, suscipiuntur
statibus suis:
tur negocium
li dato nuno
r, et est alia
fiteri, sunt
dire sacrum
rem, accedit
achus vel sae
breces.

ilo secus in
seruit libi
uenitur ad
onfessio se
sunt cerei
tice, expro
itur paren
gnifice ce
et ad aures
tingat, ut
stiane
m,

i et pri
re ex di
et lege
traditi
tati mo
em dele
ec loca.
Erasmi

115

Erasmi Roterodami Chiliadas, in explicatione huius adagij. Ne
bos quidem mihi pereat. Doctoris Heerbrandi, Professoris Acade
mie Tubingen. ac Pastoris Ecclesie eiusdem vrbis, doctissimā Apo
logiam, scriptam et typis excusam, aduersus Iesuitarum calumnias
et defensionem traditionum humanarū. Sed quid ego ista iam apud
Papistas inueterata propter longam consuetudinē, proferre conor?
Quām innumeræ et stupende Nouitates, fabulae, et somnia con
tinentur in libro Iesuitarum mihi suspecto, de Iaponiorum, et
aliorum Indiae populorum in Oriente conuersione ad fidem Papi
sticam? Sunt enim prorsus incredibilia que ipsi compilarunt in Com
mentario rerum à Societate Iesu in Oriente gestarum. Cur istos
nihil pudet mentiri? Ex quo autem tempore in Vngariam et Tran
syluaniam uolarunt istæ Romani Antichristi locustæ, quot proposua
erunt stultæ et credulæ plebi Papisticæ commentitias epistolas,
nunc de Antichristi ex tribu Dan exortu, nunc de pendente in aëre
charta aut tabula, aureis characteribus ab ipso Iesu Christo scripta,
nunc de Prognosticis rerum absurdissimarum et impossibilium,
que ipsa experientia teste, in sumum abierunt, et vanissime depre
hensæ sunt. Ut verò magis tegerent sua mendacia, ad loca remotiss
im ab Europa posita dixerunt suas illas visiones et reuelationes,
nempe ad Indiam, Calabriam et Arabiam. Si quem Deus cecitatem
mentis non percussit, intus et in cute, quod aiunt, cognoscere potest
istos Iesuitas esse nugarum admirandarum, et risu dignarum, fabri
catores, sicut olim cœteri eius farinæ, seu Ordinis Monachalis fra
tres et patres (ut vocari gaudent, instar Scribarum et Phariseo
rum tempore Christi) fecerunt, maxime qui Alcoranum Fräciscæ
norum, et vitas Patrum composuerunt, ut homines à simplicitate
verbi Dei auerterent. Si originem sectæ eorum, dico Iesuitarum,
valde nuperam, nempe An. Christi 1543. sub Paulo III. Pont.
Romano, et ab ipso confirmato, ortam: si cognomen nugatorium à
Iesu ad se detortum (cum de iure et consuetudine omnium aliarum
sectarum, ab autore Ordinis eorum Ignatio Loyolla Ignatiani nun
cupari, aut denominari debuissent) si habitum vestium, qui Sacer
dotes Canonicos quadamtenus representat, si genus vita duplicis,
hoc est, ciuilis atq; militaris, seu, ut ipsi vocant, secularis et spiri
tualis.


tualis, introspectias, nonne haec omnia Novitatem spirant? Cur igitur isti nos miseros & humiles Ecclesiarum Christi Pastores, semper Innovationis accusant? ut nempe in odium, iram, carceres, igne & gladium Principum, si fieri posset, coniijciant. Nullum enim non mouent lapidem in aulis Regum, Principum ac Procerum Regni, ut laqueum nobis prepareret suis tum calumniis et obtrectationibus, tum etiam blanditiis & minis. Sic enim decet filios referre & exprimere naturam, seu genium sui Patris, dico illius, de quo Christus Iesus ad incredulos & duræ ceruicis Iudeos dicebat his verbis. Ioh. 8. Vos ex Patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacum ex proprijs loquitur, quia mendax est, & eius rei Pater. Ego autem quia ueritatem dico, non creditis mihi. Haud dubito quin ab illis dolose mihi paretur cedes uel clancularia, uel manifesta, sed donec aduenerit hora exitus mei ex hoc nequam mundo, & sceleribus pleno, nocere non poterunt, Iesu Christo asserente, quod omnes etiam capilli capitum nostri numerati sunt à Patre suo, & unus ex illis in terram non cadit sine voluntate ipsius. Matt. 10. Vbi autem hora illa à Deo definita aduenerit, & dignus habebor martyrio Christi Iesu, Deum, Patrem illum cœlestē, inuocabo & inuoco, per nomen, hoc est, fiduciam mediatoris nostri unici Iesu Christi, in spiritu sancto, ut det mihi robur constantiae in confessione veræ fidei, ne quid uacilem formidine cruciatus mortis, sicut ante me alios fortis Athletas confirmauit, roborauit, animauit, & demum glorificabit in die resurrectionis omnis carnis. Glorifica DEVS sancte, & tu Domine mi, redemptor noster, Iesu Christe nomen tuum, per meam uitam, & mortem. AMEN.

unus eob unus ianpanum Psal. CXIII.

Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Dan: IX.

Tibi Domine iusticia, nobis autem confusio facie.



Neige .

Nous l'avons:

2